



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium De Articulis Confessionis Fidei Anno M. D. XXX.  
Caesar. M. Augustæ exhibitis, quatenus scilicet à  
Catholicis admittendi sint aut reiiciendi**

**Hoffmeister, Johann**

**Coloniæ, 1559**

**VD16 ZV 17723**

De Baptismo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34289**

## ARTICVLVS. VIII.

Nos hunc articulum breuissimis finiemus,  
quoniam de singulis Sacrementis, singuli  
restant Tractatus. Mihi non videntur male  
sapere Scholaſtici, quando docent Sacra-  
menta causas esse gratiæ, non quidem ex  
natura sua propria, sed ex immutabili ordi-  
natione diuina; hoc enim est quod Cofes-  
sio profitetur, Sacmentorum vim & effi-  
catiam esse ex verbo & ordinatione diui-  
na. Qui plura velit, de ratione Sacra-  
mentorum in genere scholaſticos legat in 4.  
Sentetiarum statim ab initio: nos enim ad  
Articulum nonum accingimur.

## DE BAPTISMI SACRA- mento. Articulus Nonus.

**D**E Baptismo docent, quod sit  
necessarius ad salutem, quodq;  
per baptismum offeratur gratia Dei,  
& quod pueri sint Baptizandi qui  
per Baptismum oblati Deo recipi-  
antur in gloriam Dei.

Dam-

## ARTICVLVS. IX.

Damnant Anabaptistas, qui im-  
probant Baptismum puerorum, &  
affirmant pueros sine Baptismo sal-  
uos fieri.

F. Ioan. Hoff.



ENIM Siam ad articulum  
Nonum, in quo confitentur  
Aduersarij nostri, Quod Ba-  
ptismus sit necessarius ad sa-  
lutem, quod per baptismū  
offeratur gratia Dei, quod pueri sint bapti-  
zandi, & quod Baptismus puerorum non  
sit irritus, sed necessarius & efficax ad sa-  
lutem. Hæc omnia mutuati sunt ab Eccle-  
sia, ideo nihil est hic quod rei ciatur. Sed e-  
nim uero Aduersarij hic multa celant, qui-  
bus Ecclesiæ non parum molesti fuerunt  
haec tenus: videlicet reiectionem & cōtem-  
ptum eorum quæ ad solennitatem & de-  
corem Baptismi, ei à pijs addita sunt, & à  
nobis in hunc usque diem piè & utiliter  
obseruantur. Certè Ecclesia illa cui Pædo-  
baptismum acceptum referunt, etiā docuit  
nos utri ad decorē tati Sacramēti Chrismate,  
oleo, Sale, sputo, & id genus alijs cæremo-  
nijs, sicut veterū Doctorū monumēta testāt.

Qua-

## ARTICVLVS IX.

Quare ergo hęc reijsiunt Aduersarij? Zuinglius testatur illorum vsum fuisse inter exordia Ecclesiæ. Et alibi idē testatur, Ea quę Baptismo addit Papa illum non vitiare. Et Bucerus fatetur illarum cæremoniarum, adhuc apud aliquot Ecclesiæ, pium esse vsum. Hæc si isti ex animo scribunt, non possum satis mirari, quid ipsis in mentem venierit sic cælum terræ miscere, & quæ pia sunt temere reijsere, non sine ingenti piorum offendiculo. Nam quę de Superstitione dicūt firma nō sunt. Si enim superstitione illis, consuetis Cæremonijs uti tanquam necessarijs: non potest non esse superstitiones illas tanquam Baptismo remorarias, & quæ huic virtutem suam adimere possint, reijsere. Si quorundam superstitione eius turbæ causam dedit, vt quid non docuerunt verum eius rei vsum, Concionatores nimirum in hoc conducti? Sed paucis quæ velim accipe. Quod ad substantiam vim & efficaciam Baptismi adtinet, Zwingianos habent aduersarios, & quidem capitales, sicut hoc ipsum testantur horum libri Elenchus, Epistolæ, & quæ ad Rhegium: item Synodus Bernen. & alia quæ recensere superuacaneum est.

Quod

## ARTICVLVS IX.

Quod verò ad Cæremonias non minùs  
pias quàm vetustas spectat, Ecclesiañ Ca-  
tholicam habent aduersariam si modo ali-  
cuius momenti faciunt ecclesię columnā,  
priscos dico patres, Chrisosto: August. Di-  
ony: Hiero: & eius notæ aliquos innumeros.  
Cæterū quoniam de Cæremonijs nobis  
restat proprius Articulus, quæ dicenda fo-  
rent in suum locum reseruemus, ad sequē-  
tem Articulum decimum, qui est de eucha-  
ristia accedentes?

## DE EVCHARISTIA

### Articulus. X.

**D**E cœna Domini docēt, quod  
corpus & sanguis Christi verè  
adsint, & distribuantur vescientibus  
in cœna Domini & improbant se-  
cùs docentes.

F. Ioan. Hoff.



N hoc igitur articulo con-  
firmentur aduersarij nobiscū  
quod in Cœna verè & sub-  
stancialiter adsint Corpus &  
sanguis Domini nostri Iesu  
Christi.